palam libere publice ac per expressam recognit. Quia ipse Generosus Anna Gnatowska Generosi Alberti Gnatowski cum Generosa Catherina Dzismonicka procreatae filiae Consorti suae legitimae eiusque Posteris summam Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicalis Numeratae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam invectae Nec non aliam similem summam Duorum Millium Florenorum pecuniae polonicalis ratione certi consensus et liquidi dotalitii in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hereditariorum obligatoriorum Mobilium et immobilium, sum: marum quarumcunque pecuniariarum Nec non auri argenti clenodiorum pe: corum pecudum ac totius supellectilis domesticae nunc habitis et in posterum habendis dedit dotavit dotalicavit inscripsit et reforma: vit prout dat dotat dotalicat inscribit et reformat. Per eius praesentes dictae Consorti suae eiusque Successoribus Iure suo reformatorio sub ipsis Castren eiusque Successoribus Iure suo reformatorio sub: iectae cum omni eorundem Corona reformatione eadem oneratur Iure dominio et proprietate Cum cunctis et singulis Medietatis bonorum suo: Recognoscentes generaliter omnium Utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis Nullis penitus exceptis tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utendi fru: endi ac ad usus suos quoscunque beneplacitos libere et effectualiter con: vertendi more ac Iure aliarum Reformationum hactenus et in: tus in Regno observari solitarum

Rozborski et Stogaczowski Interci: sam Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Ge: nerosi Caspar Rozborski ab una et Andreas Stogaczewski ab altera Partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris Distri: ctibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo se: praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quo ad Actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie im: ponendo atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt Quia ipsi se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis mutuo et vicissim Una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis inscribunt et obligant super Intercisam Con: tractus inter se Recognoscendam Bonorum certorum Ziemianskie Contractum ... in ... Con: tractus de Actu et data eiusdem hic Premisliae die hodierna Uniuersa Feria Sexta Februarii confectae Manibus Recognoscentium sub Subscriptis et Sigillatis in omnibus et singulis eiusdem Intercisae Con: ditionibus Punctis clausulis articulis vallo vadio ligamentis ac vinculis generaliter universis similiter tenere complere et exequi ac inviolabiliter observare omnibus et singulis contentis eiusdem quod opus fuerit satisfacere

satisfacere et factum Intercisam ab Inscriptionis Statorum et Inscripti: one appendentem ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo sub vadio Sexcentorum Florenorum pecuniae polonicalis per Partem Parti sive Successoribus utriusque Partis ob non completionem Contentorum Intercisae praefatae tam in parte quam in toto totiens quotiens opus fuerit ad sol: vendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo praemisso ad placan: dum succumbentibus et pro re aliqua Puncti non completa complenda citata erit Pars Una praemissa non tenens sive eius Successores ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis sive eius Posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneatus Premisliensis evincere recessa suspensorum quo ad Respondendum spectat mediante termino uno in Primo Primo [illegible] [illegible] omnique peremptorio stare Iudicio parere respondere vadium et factum libere Inscriptionis huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos Successores ad eadem omnia obligat earundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes quasi eiusdem Terminos eorumque peremptos vere in firmitate et maiori innoveri tollere Successores Legionum vitae vel expeditionis Regnum servitii militaris ad Manimonia vel Tribunalia vel aliis quibusvis dilationibus et legali: bus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praemissa per: missionibus officialibus factis Castri Premisliensis dilationibus filii non recipiendo Nullamque horum appellationem earumque prosequutionem faciendo ac brevis: omnem poenis simplicibus vel triplicibus cessionibus suspensionibus fatalis Iuris propriis Domestici bello Commentorumque terrenalis quibusvis sibi remediis ac defensis non subterfugiendo hac sua propria praedicti recognitione ad praemissa omnia mediante.

Ossolinski et Hulmnicki In: tercisam Roborant

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Pre: misliensis Generosi Nicolaus Ossolinski ab una et Samuel Hum: nicki Subdapifer Terrae Sanocensis ab altera Partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis quo ad Actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie impo: nendo atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt recognoscentes et quilibet illorum suo pro interesse recognovit: Quia ipsi se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis mutuo et vicissim Una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis inscribunt

et obligant.